



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Spiritualis Thesaurus Missæ

Sánchez, Gaspar

Coloniae Agr[ippinae], 1619

C. 27. De Agnus Dei & co[m]munionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55223](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55223)

CAPVT XXVII.

DE AGNVS DEI ET  
*communione.*

**D**Vm dicitur *Agnus Dei*,  
Christum Dominum  
inuocamus, eum Dei fi-  
lium, & agnum innocentissimū  
confitendo, qui quò peccata  
mundi auferret, sanguinem ef-  
fudit. Petimus ergo vt miseri-  
corditer nobiscum agat, pecca-  
ta nostra auferendo & ignos-  
cendo; quæ sanè maxima est  
quam habere possumus, mise-  
ria. Cùm ergo talem in Missa  
occasionem habeamus, non an-  
tè templo egrediamur, quan-  
tum

tum quidē potuerimus, quā  
horū remissionē obtinuerimus.  
Quin etiam dum petimus no-  
stri vt misereatur, rogamus vt  
nos ad pretiosissimi corporis  
fui ac sanguinis cōmunionem  
præparet, cū sine eiusdem fa-  
uore & gratia dignè ipsum re-  
cipere nō mereamur. Hoc ad-  
modum particulatim suis in o-  
rationibus sacerdos petit, quas  
communioni præmittit. Qui  
verò Missam audit, spirituali-  
ter communicare allaboret, &  
non mediocrem gratiæ sanctif-  
simi huius sacramenti partem  
consequetur. Huius occasione  
sciendum est, tres à Doctori-  
bus

THESAURVS MISSAE. 239  
bus diuini huius sacramenti re-  
cipiendi modos tradi. Primus  
est solum sacramentalis, quan-  
do scilicet quis communicat  
in peccato letali (vti commu-  
nicauit Iudas) qui quidem Sa-  
cramentum recipit, non tamen  
eiusdem gratiam, nec virtu-  
tem, Qui hoc ad communio-  
nem accedit modo, grauissimè  
peccat, & abominabile com-  
mittit sacrilegium: dicit enim  
Apostolus, qui panem hunc in-  
dignè, id est, cum conscientia  
peccati mortalis, sumit, pre-  
tiosi esse corporis & sanguinis  
Domini nostri I E S V Christi  
reum, nõ secus ac qui eum cru-  
ci affixerunt. Secundus com-  
muni-

muni-

communicandi modus est sacramentalis simul & spiritualis: hoc modo communicant fideles omnes, qui in statu gratiæ sanctissimum hoc Sacramentum recipiunt, vel in eadem viuendo, in eaque se conferuando, vel, si peccati mortalis reifueri, ipsum ante confessione expiarunt. Qui hac ratione sacrae communionis participat, maiorem vel minorem e sacramento hoc gratiam recipiunt pro dispositione, deuotione, & præparatione, qua ad ipsum recipiendum accedunt. Tertia communicandi ratio est merè spiritualis. Hoc communicare modo possunt in  
Missa

THESAURVS MISSAE. 241

Missæ, quin imò sæpius per diem, fideles omnes, primo credendo, Iesum Christum, Redemptorem nostrum, verè in sanctissimo hoc Sacramento præsentem esse, & ipsum vt talem recipere desiderando. Qui ergo Missam audit, ipso communionis tempore dicere in corde suo potest, firmissimè credo, Domine Iesu Christe, esse te in factissimo hoc Sacramento præsentem, & velim ipse modò omnium Sanctorum in cœlo iam regnantium puritatem, sanctitatem & virtutes habere, ad te intra viscera mea digne recipiendum: etsi modò mihi liceret, te libenter recipere:

X

rem:

rem: cæterum ipsum non facio,  
nec sanctissimum corpus tuum  
hodie recipio, quod me non ita  
vt oportet, paratum sentiam:  
sufficit mihi modò hocce desi-  
derium quod ipse mihi conce-  
dere dignaris, & tua adiuuante  
gratia, me dignè disponam, vt  
tali vel tali te die recipiam.  
Hęc communicandi ratio apud  
spirituales & pios admodum  
frequens est, & summè merito-  
ria. Et res clara est, vti è contra-  
rio actu apparet: nam vt grauif-  
simè peccaret is, qui numquam  
communione adire propo-  
neret, sic qui è contra id facere  
proponeret, si posset, existens  
in gratia, multum mereretur:

cum

THESAURUS MISSAE. 243

cùm Deus non minùs sit ad re-  
munerandum hìc per augmen-  
tum gratiæ, at postea per glo-  
riam, determinatam sibi ser-  
uendi volùtatem bonus, quàm  
ad pœna æterna eam ipsam fir-  
mam sui offendendi volun-  
tatem castigandam  
iustus.

X 2

CA-